87

diu quibus hoc patuit possessas linquite sedes
quod fecit uictor uictor ubiq; tenet
addidit ad cultum merito successor et actis
qui morū nomen hinc honorate geris
nubila uiperei qui gestat corda ueneni
non datur ut faciat culmina pulcra deo
+ Accipe decimus biberet domus arta fluentis +
atria quod superet porticib; modicis
pontificis summi studio constructa renitet
laurenti proprium possidet ista diem
splendida percensus consurgunt tecta ruinā
occasum nesciat quod uenit a domino
uix carier senium comitata hoc deterit unquā
gloria factoris quod bene condiderit
fabula de magnis numquam tacitura reseruat
quod uincens aeuum nomen ad astra ferat.
+ Ille fuit rigidi semper seruator honesti
terribilis culpis simplicibusq; pius
quem numquā flexit uitium miseratio sēp
iudicium facie certus ubiq; dedit
crimina corripuit uultu conpuncta refouet
conscia secreti detulit oratu
hunc ut ergo genetrix celestem fudit in aulā
ubera subducens tradidit uberib;
cana uenerandum stupuerunt secula uatem
morib; ante fuit quod geret officio
+ Qui possessa diu felix habitacula liquid
quae creuet domino sicut dicata domus
aulica suscipiens moderamina raptus in entū
quod pretio mentis queritur obtinuit.
nunc locus inriguo retinet quod sorbuit haustu
prospera custodiens faucibus acta semel
extemplo quisquis successit mansor et heres

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0181